

Quibusdam in locis pistaciorum sylvestrium nomine appellantur cuiusdam arboris fructus, quam Plinius libro, & cap. 16. STAPHYLODENDRON nominat, et si à pistaciis effigie, & sapore plurimum dissideant. Lanta hac humilis est, folio sambuci, materie admodum imbecilli: floribus albicantibus racematim dependentibus, quemadmodum & fructus: qui quibusdam in folliculis provenit, rufi colore, ciceris fere effigie, major tamen in quo subvivens nucleus includitur, sapore dulci, sed nauseam commovens. Provenit in sylvis & frutetis. Neminem habeo, qui de horum viribus & facultatibus scripserit: verum cum nauseam moveant si copiose edantur, vomitiones eadem movere posse non dubitamus. Sapore pistacii similes sunt Pinei nuclei, qui in strobilis includuntur. Hi enim (ut loco citato tradidit Galenus) corpus alunt, bonum procreant succum sed crassum, tamen si egre concoquantur. Verum si Avicenna etiam credimus, digerunt, leniunt, resolvunt, ac impinguant. Pro sunt præterea pulmonum vitis, purulenta excreantibus, & rufi molestati: sed priusquam edantur, aqua calida maccare eos oportet, alioquin ventriculum ledunt. Semen augent, & venerem excitant. Renes & vesicam non modo expurgant, sed etiam roborant, eorumque ulcera prohibent: urina stillicidio opem mirifice præstant. Quam ob causam strobilini nuclei apud recentiores medicos in frequentissimo habentur usu ad huiusmodi affectus. Quæ nuxes Græce *νυγάνη*, Latine quoque, Pistacia, & Pistacea appellantur: Arabicè, *Pustech*, aut *Festuch*: Officinis & Barbaris, *Fistici*: Italis, *Pistacchi*: Germanis, *Welsch Bimpernûflein*: Hispanis, *Alhocigo*: Gallis, *Pistaches*: Bohemis, *Pistacya*, *Staphylodendron*, Italis, *Pistaci saluatici*: Gallis, *Pistaches sauvages*: Germanis *Wild Bimpernûflein*.

Staphy-
lodendron
Plinii.Nuclei
pinei vi-
res.

Nomina.

Pistacia peregrina C. B. Terebinthus Indica Theophrasti: recentioribus Pistacia & Pistacium. II. Pistacia Germanica, C. B. & Lon. Nux vesicaria, Trag. Dod. Staphylodendron Plinii. Dod. gal. Gef. hor. Lob. Cæsal. Tab. Cam. Lugd. Arbor uvæ, Anguillaræ. Pistacia sylvestris, Castori. Coulcul & Hebulben Turcarum cum hac convenire, sentit Matthioli in suis epistolis.

Κέρων βασιλάνη.

NUX JUGLANS.

CAP. CXLI.

Nuxes Juglandes, quas nonnulli Persicas vocant, sunt difficiles concoctu, stomacho inutiles, biliosæ, capitis dolorem inferentes, tussientibus inimicæ: vomituris tamen jejunis in cibo aptæ. Cum ruta verò, & caricis præsumptæ, & à summo cibo, venenis resistunt, nec minus si à veneni haustu comedantur: largius esitata, tinea latas pellunt: illinuntur mammarum inflammationi, abscessibus, luxatisque; cum mellis exiguo, & ruta: cum cæpa autem, sale, & melle, canis hominisque morsui proficiunt: tormina, cum calyce suo perusta, & umbilico admota, sedant. Putamen combustum tritumque, in oleo & vino infantium capite peruncto, nutrit capillum, alopecias replet. Sistunt menses nuclei ulsi, si triti ex vino admoveantur: iidem è veteribus illiti carbunculis, gangrænis, & ægilopiis medentur: alopeciis commanducari & impositi, præsentis sunt remedio. Nucibus tuis oleum exprimitur. Recentes stomacho innocentiores sunt, utpote suaviores: itaque allio mistæ eximunt acrimoniam: livores in corpore illitu tollunt.

I. NUX JUGLANS.



Nuxes Juglandes, quæ in communi sunt usu, itemque arbores, à quibus eduntur, omnibus vulgò notiores sunt. Quam ut à nobis representari debeant, cum nulla arbor Nuce ubique frequentius occurrat. Hæ Latinis Juglandes, quasi Jovis glandes, interlitis literis appellantur. Quo nomine primo mundi ævo eas appellatas esse, plures tradidere auctores. Quippe cum homines primum glandibus tantum diu vixissent, inventa tandem arbore, quæ nuxes ferebat, degustato nucleorum sapore, horumque dulcedine mirum in modum allecti, nuxes Jovis glandes ob excellentiam appellavere. Juglandium arbor prægrandis spectatur, caudice procerò, ac crasso, ramis multis, ingentibus & longè lateque sese diffundentibus, libro vestitur cinereo, crasso, ac rimoso: radicibus nititur prælongis, robustisq;. Frondibus pluribus utrinque ab eodem pediculo exeuntibus, ut in Fraxino, oblongis, & graviter olentibus. Verè inchoante in ipsa prima germinatione, julos edit, sive paniculas, quæ brevi flaccescentes decidunt: tum super horum pediculo stros emergit herbaceus, totidemque, caliculacea tegumenta, quot flores petiolo contrahuntur, singulisque his singula includuntur nuxes, duplici obductæ munimento, & (ut Plinius inquit) pulvinato calloso primum calyce, mox ligneo putamine. Crispo intus nucleo, quadripartitoque, callosa intercedente membrana. Genera Juglandium plura, quæ cum forma, tum putaminis duritia, fragilitateque dignoscuntur. Præstant oblonga, putamine albicante ac fragili, albo intus nucleo, putamini haud hærente, & gustu dulci. Juglandes aquas odere, montes amant, algoris cupida. Leguntur inchoante autumno, perticis excussæ, & siccantur umbra, exuto exteriori indumento. Proveniunt ubique, in campis & collibus. De iis differens Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, ita scriptum reliquit. Nux arbor tum in foliis, tum in germinibus adstrictionem quandam possidet: cæterum evidentem, multamque, in nuci putamine recenti pariter & sicco: proinde eo tinctorum quoque, uti solent. At nos ejus expressi succo similiter, ut mororum, & ruborum in melle decocto, vice stomachici medicaminis utimur, & ad omnia reliqua abhibemus, ad quæ modò dicti succi convenire censentur. Porro nuci ipsius id, quod edendo est, oleosum est, & tenue: itaque ob id etiam facile exprimitur, & quò diutius reconditum fuerit, magis tale efficitur, quam obrem oleum.

Nucum
Juglan-
dium con-
sideratio
& histo-
ria.Juglan-
dec.Juglan-
dis vites
ex Gal.

oleum ex eo inveterato exprimere liceat: tunc sanè admodum sit per halitum evaporatorium. Itaq; quidam eo gangraenas, & carbunculos, & agylos sanant, ac nonnulli ad videretur hoc est, nervorum vulnera utuntur. Et lib. 2. de alimentorum facultatibus sic inquit: Habet Juglans & adstringentis qualitatibus non exiguum, quæ temporis processu marcescit, degenerante tota ejus substantia in pinguem succum, adeo ut cibo prorsus fiat inidonea, quod veteri oleo sua pinguitudine adsimilis appareat. Viridis autem, atque etiamnum humida, neque adstringentis qualitatibus, neque oleosa conspicue est particeps, sed magis est quodammodo ænea id est, qualitatibus expers: quod saporis genus aqueum (ut dixi) vocare consuevimus. Juglans facilius, quam avellana concoquitur, stomachoq; utilior est, & multo magis, si una cum caricis edatur. Proditum autem est à plerisque medicis, si ambo hæc cum ruta ante alios cibos sumantur, hominem non magno opere à leibali-bus phar-macis ladi posse. Constat præterea humiditas dejectioni magis aridas verò minus convenire. Non pauci quoq; cum garo juglandes præsumunt, ventris subducendi gratia. Ad hoc autem virides aptiores sunt, utpote quæ adstringentis quali-tatis minus participes sunt. Quin & aridarum quoq; ut prius in aqua fuerint macerate (uti nonnulli faciunt) similis, ac viridium facultas habetur: hæc Galenus. Nuclei usi alopecii impositi præsentis sunt remedio, recentes stomacho innocen-tiores sunt, & illis livores auferunt. Caterum Juglandes virides decerpit mense Maio, vel Junio appetente, antequam earum putamina obduruerint, saccharo vel melle asservata stomacho utiles evadunt, & ori non ingrata. Juglandium juli, qui mense Martio prima germinatione erumpunt, sicci & in pulverem contriti, & ex vino albo poti drachma pondere, seminis strangulatu vulvæ affectus mirifice profunt. Fit quoq; ex nucibus oleum, quo ad lucernas utuntur insubres; quin-etiam pictores & fabri lignarii, ubi splendorem suis operibus addere volunt. Haustum hoc quinq; aut sex unciarum pon-dere statim potenter dissipat, quo fit ut in coli affectibus à statu genitum plurimam afferat auxilium. Illitum tumores discutit & contractos nervos emollit, addit præsertim calce lotæ: antiquam verò scabiem sanat. Inest quoq; juglandibus nucibus propria quadam, & peculiaris facultas ad remoratos menses ciendos, adeo ut ego factio periculo, non parum fuerim demir-atus, & præsertim ubi cetera medicamenta, quæ ad hoc munus obeundum præstantiora censentur, nihil moverant. Ma-cerantur itaq; ad id in aqua juglandes nuce cum suis putaminibus, quousq; remolliti sunt, atq; humefactis earum nuclei à contingente membrana perinde ac virides expoliari possunt: sumuntur deinde expoliati nuclei & conduntur macerandi in aqua vitæ præstanti, & post duos dies præpurgatæ prius seminis, nuclei duo vel tres integra nuce, quotidie dantur manè jejuni devorandi, decem continuis diebus, ante tempus menstruæ fluxionis. Sed quoniam sermo nobis est de nucibus: cum Dioscorides, Galenus ac ceteri posteriores Greci de Indico, Myristico, Metello, ac Vomico nihil quod confert, memoriam præ-diderint, hic ea non dissimulanda putavi, neq; alienum duxi recensere, quæ de iis ex Mauritanorum monumentis, & recen-tiorum quorundam historicorum sum consecutus. Sed primo de Indico dicamus. Nuce igitur INDICA, myropolis omnibus vulgatissima, fructus sunt arboris cujusdam (ut Mauritanii auctores sunt) palmæ effigie prægrandes, magnorum melonum instar, de arbore dependentes: namque magna involucrorum mole obteguntur. Cortex iis extremus colore constat in atrum rufescente, subdurus, tenax, callosusq; intus verò villosa materie compactus, quæ manibus exarita in capillamenta sati-scit: subtus est putamen triquetrum, villosum, barbatumq; cornu instar prædurum, anteriori parte humanam ferè fa-ciem referente, ejusdem ferè coloris nucleum continens, ovi anserini magnitudine, intus concavum: substantia illi pinguis, crassitudine semidigitali, duriuscula, tenax, callosaq; albicans, sapore dulci, butyrum referens: tenui, sed aspero obiecta cortice, putaminis colore. Provenit hæc arbor copiosa in India orientali, unde ad nos afferitur. Probatum est recentes, eaq; præsertim, in cujus concavitate liquor quidam dulcis includitur: siquid hoc argumento recentiores facile cognoscuntur.

Juglan-
des con-
dita.
Juglan-
dium vi-
res Mat-
thioli.

Nucis In-
dica co-
fid.

II. NUX INDICA.

III. NUX MYRISTICA.



Excal-

Excalsciunt secundo abscissu, humectant verò primo, emolliunt, lavigant, & dolores sedant. In cibis sumpta, et si noxium admodum succum non gignant, ventriculo tamē laborē inferunt: Additur nucleus à tenui cuticula repurgatus, in medicamentis, quibus extenuata corpora resocillantur. Idem semen augent, & venerem excitant. Oleum, quod è nucibus Indicis exprimitur, utiliter hemorrhoidum doloribus inungitur, oleo præsertim admixto, quod è persicorum nucleis elicatur: per se illitum, lumborum & genuum dolores mulcet, & ventris animalia pellit. Quod verò recentes nuces presse stillaverunt oleum, densum est, candidum & pingue: in summa substantia, qualitate, sapore, ac denique, facultatibus butyro non dissimile, sed longè melius subministrat alimentum. Præstat idem inunctum ad nervorum dolores, quinetiam pectus lenit, non modo illitum, sed etiam haustum. Raucedini opitulatur, macros impinguat, semen auget, & induratos articulos emollit.

Oleum
ex nuci-
bus In-
dicis.

- Nux Indica letiore sagina corpora reficit: idcirco strigosas mulieres mirum in modum impinguat, & ad crassitiē reducit: hæc de Indicis. His succedunt MYRISTICÆ, quæ vulgo officinis ob odoris præstantiam Muscata, quasi moschata dicuntur. Hæc afferuntur ex India (referunt ii, qui Indica littora perlustrarunt) & proveniunt copiosissime in insula quadam nomine Badan: ibique eas proferunt arbores quadam nostratibus persicis haud absimiles, angustioribus tamen foliis, ac brevioribus. Fructus nostratibus nucibus adhuc in arbore existentibus persimiles sunt. Siquidem primò crasso, ac viridi cortice conteguntur, cui deinde subest nux ipsa, duro satis putamine occlusa, nostra tamen tenuiore, Maci quem vocant, in reticuli modum circumvestito, coq, fracto nucleus exit, quem myristicam, moscatamve nucem vocamus. Id quod palam faciunt myristicæ nuces, quæ saccharo, aut siliquarum melle asservatæ, integræ ex India ad nos convehuntur. Hæc, cum suo tempore maturescunt, incolæ legunt certatim, & quàm quisq, potest uberius, quoniam sunt ibi omnia communia. Arbores absque omni cultu, suppediunt ante tantum natura, suos fructus edunt. Myristicæ nuces suo maci, tanquam rete comprehensæ, Venetiis in officinis quamplurimis visuntur, duro putamine conclusæ, avellanarum modo, colore subnigro: quo fracto compactilis subest globulus nuclei vice, & is est nux Myristica, quam usurpare solemus. Præferuntur recentes, quæ nullam præferunt caviem: item ponderosa, farcta, præpingues, humore redundantes, ita ut adacta acu confestim è vulnuscule exeat humor. Siccant (ut Mauritanii scribunt) & excalsciunt ordine secundo completo. Adstringunt, oris suavitatem commendant, & sætentis animæ virus commanere abolent: lentigines in facie emendant, visum acunt, ventriculum & secum roborant: lienem absumunt, urinam cient, fluentem alvum sistunt, flatu discutiunt, & frigidis quibuscumq, uteri affectibus mirifice prosunt: & ut in universum dicam, facultas eis eadem, quæ & caryophyllis. E recentibus prius contusis, & in cacabo calfactis, prælo exprimitur liquor, qui refrigeratus cera nova instar concrevit, fragrantissimum spirans odorem, nervorum & articulorum diuturnis doloribus à frigore excitatis utilissimus: quin & veneris inunctionibus maximè expetitur. Mulcet mirifice myristicæ nux vetriculi dolores, si trita decoquatur ex rhodomellis senis uncis, & aqua vitæ binis, quousq, aqua evanescat. Namq, si huiusce liquoris colati tria cochlearia quotidie dentur jejunis, proculdubio juvabuntur, ubi causa à frigidis oriatur excrementis aut à flatu. Præstat eadē ad flatuosos uteri cruciatus hoc modo: Coquitur una crassiusculè tusa, cum matricaria radicibus ex senis uncis vini albi generosi ad tertias: deinde percolatur decoctū, & additis sacchari duabus drachmis propinatur. Contra venenosorum animalium ictum ex vino pota maximè præstat. Myristicæ nuces veteribus Græcis ignotas fuisse illud fidem facit, quod Theophrastus, Dioscorides, & Galenus earum, quod in suis monumentis equidem legerim, nusquam meminerint. Quare & hic quoque asserere non dubitaverim, macerem (ut in ejus mentione jam ante diximus) Dioscoridi, & Galeno myristicæ nuci florem esse nequaquam. Nam si ad

Nucis
Myristi-
cæ con-
sid.

Myristi-
carum
virca.

IV. NUCES VOMICÆ.

VI. NUX METEL.



V. NUX METEL.



Nuces
vomicae
& metel-
lae.

eos floris cognitio pervenisset, veri quidem similitudinem est quod etiam fructus notitiam habuissent: quos, certo scio, ob suas admirabiles facultates & naturae dotes nunquam scriptis dissimulassent. Præter odoratas, eas etiam nuces memorant Mauritanii, quas VOMICAS & METELLAS vocant. Sed tam officina, quam medicorum vulgus has magno errore confundunt, quod plerumque legitimas vomicas metellarum loco usurpent, & contra metellas nonnunquam vomicarum vice. Nam vomicas quidem eas appellant errore ducti, quæ lupinorum instar compressæ sunt, & tenui quadam lanugine contectæ, quarum esu canes necantur. Metellas vero quæ nonnihil extuberantes, quibusdam nodis, veluti parvis oculis per ambitum sunt refertæ. At eorum lapsus facile deprehendi potest Serapionis testimonio, qui Abrahami auctoritate reddidit nucem Vomica colore inter glaucum & album avellana paulo maiorem nodosamque. Quibus notis eas esse prædicas constat, quas Seplastiariorum vulgus Metellas appellat, quæ nullo modo respondent legitimis Metellis à Serapione descriptis, his verbis. Nucis metellæ arbor, vomica arbori non dissimilis fructum gerit mandragoræ oleosum, hirsuto cortice, sapore non injucundo. Quæ nota perspicuo adstipulantur iis, quas vomicas nuncupant: ea siquidem corticem habent hirsutum, oleosa sunt & gustus non ingratus: quin & facultatibus, non autem notis (ut quidam falso existimant Serapionem intellexisse) mandragoræ fructus referunt, cum auctore Serapione quarto refrigerent excessu, ita ut drachmarum duarum pondere esit atque interimant, minore vero mensura temulentiam faciant. Quos quidem effectus præstare videmus non modo in canibus, sed etiam in hominibus, quibus hæc data fuerint, quas Vomicas esse contendunt. Siquidem Serapio de Vomicarum facultatibus differens, nullam lethalem vim eis adscribit, sed quod tantum duarum drachmarum pondere cum anethi decocto, vel sale hausta, mirifice vomitum eliciant. Quamobrem dixerim ego illas, quibus callosa tubera supereminent, nodique videntur, oculorum ferè instar, legitimas esse vomicas: Metellas vero, quæ pressæ & hirsutæ canibus necandis aptissima habentur. Ceterum nesciverim ego quæ ratione ductus Leonhardus Fuchsius ultimo libello, ubi tantum stirpium imagines in exiguum formam contraxit, dixerit nuces metellas hispidas esse fructus peregrinae illius plantæ, quam antea magno volumine Stramoniam vocaverat. Quod prorsus reclamare videtur Mauritanorum sententia, à quibus harum historias accepimus. In quibus censendis, me antea in errore versatum esse, nunc primum intelligo. Credideram enim nuces, quas Vomicas seplastia vocant, genuinas esse Metellas, nec id tamen sine adstipulantibus indicis. At qui cum diligentius legerem apud Avicennam Nucem Metellæ crassius, ac brevibus rigere aculeis, & semen ferre Mandragoræ simile, non potui me ipsum non accusare. Siquidem non is sum, qui (ut multi faciunt) velim mihi potius, quam veritati assentiri, & studiosa imponere posteritati. Hinc itaque factum est, ut priore mea revocata sententia, eorum prorsus inhaerem opinioni, qui nucem Metellam Stramonii fructum esse affirmant. Siquidem præter id, quod nucis imaginem refert, & aculeis crassis, ac brevibus riget, mandragoræ etiam semen simile habet. Nec dubito, quin fructus ipse, ac etiam tota plantæ saporifera sint facultatis. Nam & ipsa plantæ facies solanis adeo similis, ut aliud nihil quam ipsum representet: verum ejus folia opium redolentes, & odor illius gravis, id quidem manifesto indicare videntur. Flores gerit albos convolvuli majoris, sive levis smilacis æmulus. Fructus mespilorum magnitudine, circumquaque aculeatus umbilicatusque, viridi colore, in quo semen Mandragoræ simile. Servitur nunc passim in hortis, ut alia peregrina. Frigida est Serapioni excessu quarto, obstruit, mulcet, vomitiones ciety pota quatuor g. anorum pondere cum vino sortem facit ebrietatem, duarum vero drachmarum pondere hausta statim interimit, nisi succurratur epoto butyro calido, vomitu, & aqua calida balneis cum brachiis tum cruribus adhibitis. Ceterum hinc quoque conjiciunt alii Vomica nucem, quam vocant, non esse genuinam: quandoquidem (si Avicenna, & Serapioni credimus) Vomica nux, Metellæ assimilis esse debet: sed aculeorum vice (ut Serapio inquit) nodis quibusdam referta. Quibus non solum vulgaris vomica caret, sed nullam prorsus nucis faciem refert. Itaque hanc Caninam, non vomica posthac appellare licebit, quod Canes devorata, parva temporis mora interimat. Sunt & alia quedam nuces, quas quidam metellas putant, Myristicarum magnitudine & colore, suis nixi rationibus, de quibus quid in præsentia dicam non habeo. Ceterum valent Stramonii nuces siccae, in pulveremque contritæ, ex vino hausta drachma pondere (ut quidam vir insignis mihi affirmavit) magno remedio ad colicos affectus, siquidem (ut ille ait) non solum morbum facile propellunt, sed prohibent quoque ne posthac affligat. Verum ego hujusce medicamenti hactenus minime periculum feci. Atqui non omnibus eadem est facies, quippe quod alia rotunda sint, altera parte sessiles, alia oblonga. Conteguntur hæc capillaceo quodam involucre, in acutum desinente, colore subflavo, ut quispiam videre poterit ex earum imagine, quam hic appingi curavimus, ut alii quoque Medici materia studiosi suam de his sententiam proferant. Tria nobis allata sunt genera prima Noces Farfalach Constantinopoli vocari eas, scripsit ad me Gulielmus Quacelbenus. Medicus insignis, ut latius in Epistola ante à nobis scriptum est. Ego vero has Indicas crediderim esse Avellanas, Serapioni Fausel appellatas. Nam illis omnibus notis correspondere videtur. Videtur hæc nux recte agnovisse Matthæum Sylvaticum, quippe qui de his ita scriptum reliquerit: Fausel id est Avellana Indica, est simillima nuci Muscata: nisi quod pars una est plana altera eminentior, ita ut possit stare erecta, sicut calculus, qui in ludo dicitur pedes: in cæteris intus & extra nuci muscata similis est, sine odore, & sapore adstringenti. Nascentur hæc nux inclusa in quadam lanugine, seu potius capillaceo involucre Indicae nuci modo barbato, simili folliculo serici. Multoties fertur inter alias species à Calicut, & ego vidi ipsam in suo folliculo: hæc ille. Avellana hujusce plantæ (ut Serapio est author) est similis Neragil, id est Nuci Indicae, proceritate tamen minor. Refrigerat quæ Fausel appellatur & valenter adstringit: proinde membra corroborat, confert calidis morbis quibuscunque, tam bibita, quam exterius illita. Decoquitur in vino ad dentium dolores, & fluxionem, siquidem si eo calido foveantur, non solum eorum dolores mulcet, sed commotos firmat. gingivæ laxas stringit, & fluxiones inhibet. Illinitur quoque, utiliter ad palpebrarum scabiem. Additur in colliriis, quæ parantur ad oculorum inflammationem. Atqui præter id admirabile admodum est medicamentum, adversus dysenteriam drachma pondere quotidie pota cum succo pomorum Coroneorum, aut cum vino rubro austero. Sed alia est Avellana Indica, quam mihi dono dedit Jacobus Antonius Cortusius, patritius Patavinus, rei plantaria peritissimus. Siquidem hæc longè alia est, cum facie, tum magnitudine, ut ex ejus imagine, quam hic appinximus, quispiam videre poterit. Contegitur hæc putamine exteriori cardamomi majoris putamini simili, sed duriore, compactiore, & colore magis obscuro: magnitudine Juglandis, viridi adhuc putamine circumtecta. In eo itaque, Avellana concluditur, oblonga utraq; parte acuminata, dorso arcuato, & inferiore parte lata ac sessili, ossæ contecta duro, levi castanearum colore, in quo nucleus concluditur solidus, ejusdem ferè figura, tenui albaque membrana circumvestitus, dulcis, intus medulla, & ipsa quidem albicans. Atqui de ejus facultatibus, nihil hactenus compertum habeo. Ceterum, dum hæc scribo, altera quoque comparuit Indica Avellana, superiori longè minor, ab eodem Clarissimo Cortuso mihi Patavio missa. Est itaque, hæc suo tegumento exempta, quod levè molleg, est, colore subpallido, nec folio Palmae crassius, glandis acuminata, aut Myrobalani flavi ferè figura, duro putamine, colore vulgaris Avellanae, oblongo intus nucleo, pumilam amygdalam referens ut ex ejus hic imagine omnibus palam fiet. Afferuntur ex India una cum Myristicis nucibus. Sed quoniam scribenti mihi de Nucibus omnibus, ANACARDIA sese obtulere



Mehenbethene

XI. ANACARDIUM.

obtulere Graeci veteribus ignota, cum & ipsa in officinarum usu expectantur, de eis quoque verba facere ex Arabum testimonio, non quidem ab re fore duximus. Sunt igitur Anacardia (ut testis est Serapio) fructus cuiusdam arboris, avicularum corculis non dissimiles, unde & nomen, colore etiam modo rufescente, cum scilicet de arbore decerpuntur. Inest iis liquor mellis crassitie sub cortice residens, sanguinis modo rubicundus, sub quo est & nucleus parva amygdale effigie. Nascuntur in Sicilia montibus, qui continue igneas eructant flammam. Excalsciunt, & exsiccant tertio excessu. Praestat in medicina liquor, etsi in tropica communi errore & cortice, & nucleo utantur. Anacardia (ut ajunt) labantes revocant sensus memoriae, iacturam resarciunt, & nervorum, & cerebri affectibus, quos frigida causa attulerit, auxiliantur: nihilominus sanguinem exurunt, & cutim ulcerant. Quare Anacardia juvenibus noxia sunt, cum & adurant, & deleteria facultate non vacent: cui tamen remedio est lac assatum porum, & oleum ex eorum nucleis expressum. Haecenus de variis nucibus, hunc earum nomina sunt nobis reddenda. Noces communis usus, Graeci vocant *καρυά βασιλική*: Latini, noces Juglandes: Arabes, *Fenz*, *Leuz*, aut *Gianzi*: Itali, *Noci*: Germani, *Nüsse* vnd *Welschnüsse*: Hispani, *Nozes*: Galli, *Noix*. Nux vero, quae ex India defertur, recentioribus Graecis, *καρύων* inditur appellatur: Latini Nux Indica: Arabibus *Neregil*, *Dabig*, seu *Gianz jalbend*: Itali, *Noce d'India*: Germ. *Indianische Nuss*: Hisp. *Noez de las Indias*: Galli, *Noix d'Indie*. Nux deinde, quae *μωσχάνα* vocatur, *μωσχάνα* vocatur, nuper *μωσχάνα* vocatur, & *καρύων μωσχάνα* vocatur Graece, Nux myristica, aut Nux moscata Latine dicitur: *Fenz bano*, *Fushague* seu *Gianziban*, Arabice: *Noce Moscada*, Italice: *Moschatnuss*: Germanice: *Noez de espee*, Hispanice: *Nois muscades*, Gallice, Nux praterca, quae Arabibus *Leuz alkei*, seu *alkei*, Officinis ac Barbaris Nux vomica, & Italis *Noce vomica* nominatur. Nux denique, Arabica voce *Leuz alrachaba* dicta: Latina Nux metella: Recentioribus Stramonia: Barbara, Nux Methel: Italice, *Noce metella* nuncupatur. Avellana Indica, Itali, *Nocciuole d'India*. Quod autem *ἀννακάρδιον* Graeci, Latini item Anacardium dicunt: Arabes, *Baladar*, seu *Beladur*: Hispani, *Anacardo*.

Anacard.
mentio
& vites.

Nomina:

Nux de
quibus
nucatur.Nux In-
dica.Nux mo-
scata.

Auctoꝝ

Nux: quemadmodum *βαλάνος* glandis, ita *καρύς* nucis nomine permulti fructus nominantur: siquidem Athenæo auctore, Attici omnes fructus lignoso cortice inclusos *καρύες* nominant. *Καρύς* quod caput odoris gravitate offendant Plinio. Nux perfica & basilica, quod è Perfide à Regibus sit translata. Hujus aliquot differentiae à magnitudine & corticis duritie: sunt quae à magnitudine malis aequales Caballinae dicuntur, aliae mediocres, aliae minores, sic sunt quae ante festum Johannis nec folia nec nuces ostendant. II. Nux Indica, fructum aliqui censent Palmæ Indicae, qua de re Garzia qui volat, legat: videtur in genere Caryotarum esse, quos Plinius Nicholaos appellat, aut quod Pareton nominat. Coccus Indica, Lac. 60 Nux Indica, Cord. hist. Lon. Lob. Cast. Lugd. Tab. Cef. Palma Indica, Garzia, Lugd. in apped. cui & Elephantis. Ajunt referente Cæsalpino, crescente nuce colligi humorem sub extimo involucri inter stamina, qui nuce perfecta aquae rosaceae similis effunditur, mensura terni calicis ex singulis nucibus, qui in potu sit suavis. Arborem tradunt palmæ similem, cujus folia per sex menses aqua contineant: ramos primos verè amputari, mox largè, ut ex vitibus lachrymas exstillare, quæ vasis excipiuntur, ut pro vino utantur, at triduo aclescere: liquorem verò percoctum in melleâ substantiam transire. Hujus est & altera species, quæ minor & Cuci Theophrasti à Cordo censetur: Nucula Indica quibusdam. III. Nux moscata, videtur Nux Indica Aetii, cujus etiâ in suffimento moscato meminit. Variat fructu oblongo & rotundo: quæ oblongo est, mas censetur, & à Cordo in hist. Nux moschata mascula vel major dicitur, estq; gustu adstringente, odore ferè nullo, cariota magis, minus oleosa, affectibus ventriculi & capitis commodior.

Auctor est Acoſta in Moluccis humiles eſſe & fructu puſillo naſci. Triplici donantur cortice, cortex extimus quibuſdam Narcapthum Dioſcor. cenſetur: medius verò, qui rericuli inſtar fructui circumjicitur, Macis dicitur: tertius nucem quam in Officinis habent, continet. IV. Nux vomica (quod vomitum cieat) officinarum: hanc nec veram vomicam, nec methellam eſſe Anguillara putat. Nux metella vera, vomica officinis, Lonic. Nux metella, Lac. Nux vomica, Lugd. Tab. Cord. hiſt. cui & Canina. Nux metel vulgo, & Fungus oriétalis Cæſalpino, verba alteriſcis incluſa ex ſecunda commentariorū editione adje-
 Nux me-
 mica.
 cel.
 Stramo-
 nia.
 Nux methel cenſetur Lug. Nux vomica vera ſeu metella officinarū Lon. Nux vomica, Lacunæ: Hippomanes Cratevæ quibuſdā. VI. Quæ pro nucẽ Methel à Commentatore proponitur, ad Solanū, (licet Cardanus dubitet) referimus, cujus duo ſunt genera: alterū fructu rotundo & ſemine albo: alterū foetidū, fructu oblongo & ſemine nigro. Primū Solanū pomo ſpi-
 noſo ſemine albo C. B. Stramonium ſeu pomū ſpinoſum, Trag. Stramonium, Dodo. gal. & fol. Gef. hor. Lac. Lon. Fuch. (cui & nux methel) Lugd. Stramonium peregrinū, Lycoperſicum Galeni, βαρυκόμηνον Do-
 donæi, Lob. Hyoſcyamus Peruvianus, Cordo hiſt. Solanū ſpinoſum, Lac. Tab. Hippomanes, Anguillare Gef. hort. Nux methel Avicennæ, Tatonla Turcis, Paracocalō Græcis, corona regia, Nux improprie, po-
 mum verius, Mandragoris potiùs quàm Solanis adnumeranda, Solanum Romanum Monſpelii, Solanū pomiferi genus tertium, Gef. hor. Nux methel ſive Stramonium Alpino, Caſt. Cam. Malū ſpinoſum Solanum manicū alterum Dioſc. cui caput olive, ſed hircutiùs tribuit & Theophrastus ſimile fructui platani,
 Solanum
 foetidum
 ſpinoſū.
 Nux methel Avicennæ Cæſalpino VII. SOLANUM foetidum pomo ſpinoſo, ſemine nigro, vel Stramonium foetida nigro ſemine, planta eſt fruticofa, humanā ſuperans altitudinem, ex cujus radice fibroſa, alba, pro-
 ratione torius plantæ, parva, caulis exſurgit unicus, craſſus, inæqualis, ſtriatus, viridis, bicubitalis, alti-
 orve antequam in varios brachietur ramos: hos folia cingunt ampla, quorū aliqua palmum longitudine
 excedunt & latitudine adæquant, quæ inſtar foliorum Xanthii laciniata ſunt, in acutiores tamẽ & lon-
 giores angulos deſinunt, viridia, venoſa, ex pediculis levillimẽ villoſis mota emittunt. Flores in extremis
 opii odore prædita, quæ etiā non trita, ſed falte veſtibulæ tranſeuntium mota emittunt. Flores in extremis
 ramis dodrantes, ex calicibus quinquangulis viridi-
 bus, oblongis prodeunt, colore albi, calathi inſtar inte-
 gri, qui in acuminatos angulos deſinunt, in quorum me-
 dio ſtamina quina, etiam ſena (quæ extra florem non fe-
 runtur) quibus ſingulis ſingula capitula oblonga, alba,
 ut in liliis albis reſident, quæ pulvere etiam aſperſa. His
 ſuccedunt fructus copioſi, brevi, anguloſo, craſſoque
 pediculo inſidentes, ex rotunditate oblongi, nucem
 juglandem magnitudine æquantes: horum exterior
 cortex viridis, undique aculeis horridis cingitur, qui
 exſiccatus, ſponte in quatuor ſecedit partes: in horum
 medio fungoſa membranofa que ſubſtantia, cui undique
 ſemina depreſſa, lenticulæ forma, multò quàm in altera
 Stramonium, quæ ſemine albo eſt, minora, tanta copia in-
 fixa ſunt, ut pomum reſertum ſit, quæ ante maturitatem
 candida, matura verò atra exiſtunt & amara. Naſcitur in
 Malavar umbroſis locis & ſecundum aquas: noſtri in
 hortis colunt. Hoc primus Chriſtophorus Acoſta pictum
 propoſuit Daturæ nomine, ſic enim Luſitani & la Bur-
 ladora, hoc eſt, facerum nominant: in Malabar Unma-
 racaya: in Cavara, Daryro: apud Arabes, Marana: apud
 Perſas & Turcas, Darula dicitur. Germani Jæſſelben
 vnd ſtinctende Etachelniſſi vocant. Maxima pars Medico-
 rum iis in regionibus legitimam Nucem Methel Ara-
 bum eſſe cenſent. An forte Solanum manicum Dioſco-
 ridis? Nuci metellæ congener Cam. in Matth. Frigidam
 exceſſu tertio & ſiccā ſecundi ſine conſtituunt: pernicioſa
 idcirco qualitate non caret. Seminis triti dimi-
 diam drachmam ex vino qui hauſerit, diu velut mente
 alienatus remanet, aut ridens, aut ejulans, aut dor-
 miens, aut alteri colloquens & reſpondens, omnium
 tamen poſtquam ad ſe redierit immemor. Sinimia ſu-
 matur quantitate, interimet: licet Gentiles ad provocandas urinas cum Pipere & foliis Betele id ex-
 hibere ſoleant: ſed aliis potiùs utamur certioribus: Gentiles Medici ad curam eorum qui ſumpſere
 vocati, vomitum provocant, fortesque ligaturas & fricationes adhibent, quæ ſi non ſufficiant, balnea
 ex aqua calida præſcribunt ad ſudorem movendum: Porrò à vomitu Vinum propinant, cui Piper &
 Cinnamomum admifcent. Semine per noctem in aceto macerato, dein exacto trito, utiliter illinuntur
 herpetes milliaries & eryſipelata ſerpentia, brevi enim ſanari A Coſta monet. Sic & Radicis drachma ex
 vino pota ſomnum profundum inducit, in quo varia inſomnia & miræ rerum facies obverſantur. Hu-
 jus adhuc duo ſunt genera quæ flore potiſſimum à prædicto differunt, ſiquidem colore ſint flavo & ſe-
 cundum pediculos nonnihil rubent. Sed de his in hiſtoria. VIII. Avellana Indica hic proponitur ob-
 longa, cum ſuo involucro & eodem exuta: ejuſdẽ varietates aliquod adduntur: dicitur Areca Scaligero,
 Vartomano, Lugd. Areca ſive Fauſel, Cluſii: Fauſel ſive avellana Indica, Sylvarico: Fauſel, Serapioni:
 Frefel Avicennæ, Lugd. Fauſel Garziæ, Lob. Areca Caſt. Tab. Nuci Indiæ affinis fructus Indis Areca ſive
 Fauſel Cæſal. Avellana Indica Acoſtæ. IX. Nucula Indica Tab. Avellana Indica Lob. X. Mehenbethene,
 Lob.



Avellana
Indica.

Mehen-
bethene.

Lob. Tab. Lugd. Est etiam ex Avellanis Indicis XI. Anacardium (à cordis similitudine & colore) Avicennæ & Serapionis Lug. Anacardium Cord. hist. Lac. Tab. Anacardus, Cast. Cæsal. cui & Anacardium recentioribus Græcis, & Persea fortè Plinii, Anacardum à Costæ.

Anacardium.

Κάρυξ πικρία.

NUCES AVELLANÆ. CAP. CXLII.

Nuces avellanæ, quas & leptocarya vocant, stomacho infestæ sunt: ipsæ tamen tritæ, & in aqua multa potæ, tussi veteri medentur: tostæ, & cum exiguo piperis potæ, destillationem concoquunt. Crematarum cinis cum axungia, aut adipe ursi perunctus, alopecii capillum reddit. Ajunt nonnulli usta earum putamina, & in cineris speciem redacta, cum oleo, cæsiolorum oculorum pupillas infantibus denigrare, per fuso syncipite.

NUX AVELLANA.



Avellana nuces idè Græcis Pontica dictæ sunt, quod in Græciam (ut Plinius inquit) è Ponto primum allatæ fuerunt. In Italia tamen & in urbanarum, & in sylvestrium genere numerosè reperiuntur. Caterum ex domesticis aliæ oblongæ, aliæ rotundæ sunt: verum tamen oblongas & præstantiores, & gustui gratiores esse constat, & illas præsertim, quæ putamine vehementer rubent, & fractu minimè sunt contumaces, quales sunt Vicentina, quæ tam suavi sunt sapore, ut pistacis ferè comparari possint. Siquidem non omnibus Avellanis idem sapor reperitur, neque eadem pulpe gratia: siquidem aliæ prædulces ac mansu faciles, aliæ vero asperiusculæ, & ingratiore, & mansu duriusculæ habentur. Oblongæ serius maturitatem sentiunt, celerius verò rotundæ: quapropter illæ vegetiori sunt nucleo, diùq; perdurant. Sylvestribus coryletis ferè innumeris scatent Tridentini montes, quæ oblongas pariter, & rotundas largiuntur nuces, tanta ubertate, ut eas rursus fassis legant, ubi maturitatem senserint. Avellanarum planta, quæ corylus dicitur, rarò procera spectatur, sed quæ ab ipsis statim radicibus numerosos emittat caudices, ut fruticosa sit: arborescit tamen, è quibus in summitate rami exeunt frondosi, ac virgis non brevibus, enodi materie. Foliis est Alno similis, latioribus tamen, crispioribus, tenuioribusq; & in ambitu serratis. Cortice vestitur tenui, albis maculis vario. Radicibus nititur minimè crassis, altis tamen, vivacibus, ac robustis. Florere hanc arborem non videmus, sed julos emittere Autumno, quo tempore folia decidunt, longi piperis figura, dehiscit is in unte Vere ac defluit, cum folia profiliunt, tunc calyculacea tegumenta totidem quot juli, supra pediculum exeunt, eorumq; singulis nuces singulæ. Vestitur Avellana nux putamen, viridi callosaq; membrana, in extremitatibus tamen mollior, & fimbriata in barba modum protrahitur: quo fit ut quibusdam hæc barbata nuces appellantur, etsi genus reperiatur haud barbatum, sed adeo brevi amictu, ut putamen anteriori parte nudum videatur. Nucleus primò molli calyculo innascitur, alba oclusus medulla, at qui subinde indurescente putamine, ut adolescit, tenui membrana circumplexus. Nuci nucleus quandoq; albus, quandoq; purpurea vestitus membrana, dulcis ferè Amygdalarum modo, sed durior pulpa. Domesticæ habentur in hortis, vineis & viridariis: Sylvestres verò ubiq; proveniunt in sylvis & secus itinera. Bilem nuces augent, & dysenteriam faciunt, uberius devorata. Trita tamen, & ex mulsâ hausta, tussi veteri medentur, & cum exiguo piperis hausta destillationes concoquunt. Crematarum cinis cum axungia, aut adipe ursi perunctus, alopecia capillum reddit. Putamina ipsa cruda in tenuem pulverem contrita, & ex vino austero hausta drachmarum duarum pondere, diarrhæam cohibent, & alba seminarum profluvia: verum ad hoc, ac etiam menses cohibendos, sunt qui magis præstare affirmant subrutescentem medullam, quæ putamini intus iubarens nucleum circum ambit. Ajunt nonnulli usta earum putamina ac oleo excepta, cæsiolorum oculorum pupillas infantibus denigrare, per fuso syncipite. Observavit simplex rusticus, serpentem prorsus obtorpescere, quæ Coryli virga percussa fuerit, & tandem emori: nec fortasse mirum, cum nux ipsa cum ficibus & ruta devorata, venenis ac venenosorum animalium moribus resistat. Oleum è nucleis expressam articulo dolorum inunctum juvat. Avellana (ut memoria prodidit Galenus tum libro septimo simplicium medicamentorum, tum secundo de alimentorum facultatibus) plus habent essentia terrestris, ac frigida, quàm Juglandes: quin & plus præbent alimenti, siquidem densiores sunt, & minus pingues. Diocles auctor est, Avellanas nuces minus amygdalis alere, cibum in ventriculo supernat are, largius estare caput tentare, innocentiores tamen esse virides, quàm aridas. Nuces quæ Græcis πικρία, id est πικρία Græcis, Latini nuces Pontica, nuces Prænestina, & Nomina.

Avellanarum confid.

Coryli histor.

Avellanarum facultates.

Avellanarum vires ex Galen.

50 nutes Avellana dicuntur: Arabibus, Agileuz, seu Bunduch: Italis, Nocivole: Avellane, & Nocelle: Germanis, Haselnuß: Hispanis, Avellanas: Gallis Noysilles Noysette, & Melline: Bohemis Vuoredi Liskouny.

Avellana, quæ Februarii fine communiter flores eleganter rubentes instar staminum ostendit, Heracleotica Theophrasto, quod ex Heraclea Ponti translata: dicitur Nux barbata, Plinio: Nux avellana seu Corylus recentioribus. Alia est sativa, alia sylvestris. Sativa fructu est oblongo, rubro, hæc vera pontica veterum: alia fructu rotundo, eodq; vel minore vel majore, hæc est Avellanæ tertium genus Cord. in Dioscoridem, & Nux avellana major Lugd. dicitur. Est & Corylus Macedonica, cujus nuces in racemum congeruntur, monente Gesnero. Habetur & Byzantina pumila apud Clusium & Tabernæ montanum.

U

Huc

qua mediocrem exposcent adstrictionem, competit. At immatura mora prater acerbiteratem, sortita sunt & aciditatem, & tota adeo arbor in omnibus suis partibus mistam aliquam vim obtinere videtur, ex restringente, & purgante compositam. Attamen in radicis cortice purgatoria cum quadam amaritudine exuperat, adeo ut & lata inter ancorum tineas perimat. In aliis autem partibus restringens vincit, in foliis tamen, & germinibus quodammodo media utriusque temperies est. Mora ubi primum mansuerint, ingesta citissime transeunt, & aliis cibis suo veluti ductu viam struunt, verum secundo loco sumpta, celerissime aliis una cum cibis corrumpuntur: id quod etiam faciunt, si cum eduntur pravo in ventriculo humori occurrant. Quid si corruptionem non sentiant, corpus quidem humectant, sed non plane refrigerant, nisi actu frigida assumantur. Paucissimum ministrant alimentum similiter atque pepones, haud tamen vomitum cient, nec stomacho, ut illi ad-versantur. De Moris autem, quae rubi ferunt, libr. 4. in Ruborum commentatione, Deo favente, latius differemus. Sed quoniam Mori foliis & vescuntur, & aluntur vermiculi, Latinis recentioribus Bombyces appellati, qui admirabili natura speculaculo, & miro ac fere inexplicabili opificio nobis SERICUM vellus conficiunt, veniatque & ipsam in medicum usum in Arabum medicorum antidotis, non prae rationem fore duximus ejus hic vires (quandoquidem non invenio in veteribus Graecis, qui de hoc quicquam prodiderit) ex Serapione, & Avicenna describere. De eo itaque, scribens Serapio, Bombyx inquit (ita Serapionis verba latina reddidit Nicolaus Muttonius Mediolanensis) aureus jam filis agglomeratus, obscurusque, clausa carcere, nec annuo vix spatio intacta, folliculum rostro contundit, ac protinus erumpit, unde oritur Habrifen & Kema. Folliculo autem insolato, ut Bombyx, Serue extingatur, sericum aut seta inde efficitur: hac ille. Caterum alterius, ac sane diversi generis sunt animalia, quae a Seris populis aluntur ad Serica stamina comparanda, de quibus lib. 6. quinq. regionum veteris Graeciae ita scriptum reliquit Pausanias: Sed enim quae fila ad textrinam usurpant Seres, ea è nulla stirpe sunt. Nascitur in eorum terra vermis, quem Serem Graeci, ipsi longe alto appellant nomine: magnitudine est id insectum dupli-maximi scarabei, cetera aranei simillimum. Hoc Seres accuratè nutriunt, cellas illi tum aestivas, tum hybernas aptè fabricantes. Pedib. (habet verò octo, quot & aranea) sub arboribus testile opus facit. Annos fere quatuor panico alitur: quinto de-mum (neque enim longior contingit vita) viridem apponunt arundinem, quo pabulo bestiola illa maxime delectatur, eo sature sagina rumpitur. Educunt inde è visceribus staminum volumina: haecenus Pausanias. Bombycinum vellus (ut scribit Serapio) medicorum nonnulli in caliditate, & siccitate symmetrum posuerunt. Cordi laudatissimum. Ipsum enim roborat, in eo sanguinem expurgat, unde medicamentis cordi potissimum conducentibus admiscetur, praesertim compositioni ex Moscho, Graecis δακρυον inscripta. Uritur, quò siccius redditum, lavigari, & tenuissime comminui possit, quanquam id nonnullis improbetur, ne vires per ignem minuantur. Caterum minutatim inciditur, admixtumque, unionibus potissimum Succino & Corallio, facile contunditur. Alii vim per coctionem extorquent, decoctumque, a colatura in mortario, aliove vasculo, medicamenta sole calente infundunt, quoad bellè macerentur, atque imbibantur facultatemque omnem attraxerint, indeque exiccant, & in usum reponunt: nec plura Serapio. Scripsit quoque, de Bombycini velleris facultatibus Avicenna, libro de viribus cordis, his verbis: Sericum ex fortibus latificantibus est, excellentius tamen est crudum, sed quandoque cadit in usum & coctum, potissimum si non fuerit tinctum: est autem calidum & siccum in primo: corroborat itaque, cor ac etiam visum quemadmodum & memoriam: quin etiam naturales operationes mirifice exbilarat, quae in re crudum eo longè praestat, quod ignem fuerit expertum, tamen si coctum quandoque, in usum veniat, verum antequam in insectorum cortinis immersum inficiatur. Excalfacit sericum, resiccatque ordine primo, exiccat, & attenuat ea naturae dore, ut cor re-creet, latumque efficiat. Quapropter laxat, firmat, purificat, & illustrat spiritus: neque enim facultas uni tantum assignatur spirituum generi in una tantum dispositione, sed ei proprium est, omnibus aequè spiritibus opem ferre, ita ut spiritus tam vitales & animales, quam naturales rescivere valeat. Caterum quamvis negaverit Avicenna decoctum sericum, & sillonum coloribus imbutum in medicos venire usum, Mesues tamen in eo serapio, quod de pomis inscribitur, id sericum admit-tit, quod cocco legitime sit insectum. Idque similiter inserit in ea medicamenti compositione, quam Alchermes ipse nuncupa-vit. Arbor, quae μορῆν ἔχει, Graece, Latine Morus appellatur: Italicè, Moro. Ejus fructus Graecis μωροῦ, Latine Nomina Morum dicitur: Italis, Moro. Arabes utrumque, Tut, seu Thut nominant: Germani, Maulberbaum und Maulber: Hispani, Moras del moral: Galli, Meurier & Meure.

Morus Sycamine Theophrasto, fativa est & sylvestris, seu ratione fructus nigra & alba. I. Morus nigra fructu est majore & suaviore, quæ in arborem excellens excrevit, aliquando humilis remanet, & Chamæmorus dicitur, augmenti tarditate tantum discrepans : diversa tamen est ab hac Chamæmorus cujus Clus. in hist. Pannon. meminit. Dicitur recentioribus Morus & Morus nigra : in quibusdam officinis, morus celsa ad differentiam fructus Rubi, quæ etiam Mora dicuntur. II. Morus alba sive candida, in qua folia instar foliorum vitis laciniosa & sinuata sæpissime observavimus in urbe Patavina.

Συκόμενος.

SYCOMORUS.

CAP. CXLIV.

SYcomorum, aliqui etiam sycaminum, id est, morum, vocant, cujus fructus sycomorum etiam propter inefficacem guttum, appellatur. Arbor est magna, fico similis, & frondosa, multo lacte abundans: foliis mori: pomum ter aut quater anno fert, non ramis, ut fico, sed caudice ipso, caprifico non dissimile, dulcius grossis sine granis interioribus: quod non maturescit nisi ungue, aut ferro scalpatur. Nasceitur plurimum in Caria, Rhodo, locisque; non multi tritici feracibus: ubi proventu fecundo restibiliq; juvamentum adfert, cum annonæ caritas premit. Pomum alvo utile est, sed perquam exilem præbet alimentum: stomacho adversatur. Succus primo vere tenera arbore antequam fructum ferat, eximitur, lapidis istu summo cortice desquamato: si enim altiore plaga violeetur cortex, nihil effluet. Spongia aut velere lachryma excipitur, quæ siccata, & in pastillos coacta, fistili vase reponitur. Visi succi emollit, & vulnera conglutinat, discutit collectiones concoctioni repugnantes: bibitur etiam, aut illinitur contra serpentium morsus, duratos lienes, stomachi dolores, & perfrictiones: celerrimè terebinthum sentit. Gignitur & in Cypro arbor genere distans, quæ cum sit ulmus, prædita tamen est foliis & sycomori, fructu pruni magnitudine, multo dulciore, supradictis cætera similis.

Sycomorus (ut Theophrastus est auctor lib. 4. cap. 2. de plantarum historia) arbor est moro nostrati similis, quippe folio Sycomori hist. ex
magnitudine, aspectuq; proxima. Fructum præter ceteras peculiariter gignit: non enim germinibus, non ramis extre-
mi. 2

I SYCOMORUS.

II. SYCOMORUS SEU
Ficus Cypria.III. PSEUDOSYCO-
mori.

Sycomo-
rimen-
tio ex
Galen.

Vulgaris
error.

mis, sed caudice pomum parit magnitudine ficus, & visu proxi-
mum, succo atq; sapore caprificis sanè simile, verum longè dul-
cius, granisq; internis omnino carens, multitudine numero-
sis, maturefcere nequit nisi scalpatur. Scalpitur autem ungui-
bus ferreis: & cum scalpata poma sunt, ad quartum diem ma-
turefcunt: hisce ablatis, alia, & alia ex eodem loco subnascun-
tur, terno ita, & quaterno partu copiosa. Lactuosa arbor ad-
modum est, & materies (quod sit solida, robusta, & nigra) ad
multa commoda existit. Hæc inter ceteras arbores id sibi pro-
prium vendicavit, quod cæsa continuo vivet, neq; siccat
unquam, nisi aqua obruatur. Ea q; propter & lacubus, &
stagnis demergitur madefacta q; in profundo siccat, cumq;
sicca omnino fuerit, superfluit atq; innat: hæc Theophrastus.
Hanc quam appingi curavimus, Sycomori imaginem
misit ad me clarissimus Medicus, & rei plantaria studiosissi-
mus, Ulysses Aldrovandus Bononiensis, vir quidem non solum
doctrina, sed etiam liberalitate, & humanitate præclarus. De
Sycomoro differunt Gal. libr. 2. de alim. facultatibus, ubi ita scri-
ptum reliquit: In Alexandria Sycomori plantam vidi una cum
fructu, parva, candida q; ficuti ad similem. Is fructus nullam
habet acrimoniam, exigua dulcedinis est particeps, estq; fa-
cultate humidior quodammodo, ac frigidiior, veluti mora: quin-
imo inter ac mora ficus medium jure quis ipsum collocaret,
atq; hinc nomen ipsi inditum esse mihi videtur. Ridiculi
namq; sunt, qui fructum hunc ob id ajunt sycomora fuisse no-
minatum, quod parvis sicubus assimiletur. Ipsius autem na-
scendi ratio ab aliis arborum fructibus quodammodo est diver-
sa: hæc enim ex primoribus ramulis, ac germinibus, sed ex præ-
grandibus ramis, caudice q; nascitur. hæc Gal. Sycomoro similis
est (ut

est (ut loco citato memoria prodidit Theoph.) quae in Creta vocatur Cypria ficus: nam & ipsa fructum edit, caudice, ramisq; crassissimis. Differt tamen à priore, quod germen quoddam emittit sine ullis foliis, radicle simile cui fructus præpilatur. Caudex arboris magnus, & populo alba proximus, ejusq; folia ulmum representat. Quater anno fructum fundit, sed nulum ad maturitatem perducit, nisi poma ipso immaturo inciso, emissosq; lacte. Dulcedo ficibus non absimilis, & interna grossis planè conveniunt: magnitudo autem pruni est: hac Theophrasti verba. Quae sane maximo sunt argumento, hanc quoq; plantam in Sycomori genera annumerandam esse. Caterum aperte hallucinantur ii, qui putant arborem Sycomorum esse, quae plerumq; visitur in monachorum claustris vulgo vocatis, & in templorum plateis, ubi mortuorum cadavera humanantur, nusquam alias in Italia (quod sciverim noverimq;) hac planta sponte nascitur. Arbor est procera, foliis vulgaris lori longioribus, & in acutum desinentibus. Baccas edit virides, è cuius bacis monachi verticillos faciunt, quibus funiculo trajectis mulieres suas numerant preces. Hanc (ut Bellunensis castigavit) Azadaracht appellat Avicenna, quam deleteria facultatis participem esse prodit Fen sexta quarti, ut latius lib. 6. dicemus. Arbor, quae *Συκόμωρος* Græcis, Latinis Sycomorus, & ficus Aegyptia nominatur: Arabibus, Mumeiz, Fumeiz, Aliumeiz, seu Giumeizi: Italis, Sicomoro, & Fico d' Egitto: Bohemis Moruße. Pseudo-sycomorus, Italis, Sicomoro falso: Mauritani, Azadaracht.

Vulgaris
error.Azada-
racht.
Nomina.

Sycomorus duplex à Dioscoride & Theophrasto proponitur: altera fructum ex caudice ramisque grandioribus emittit, hæcque Aegyptia est ficus: altera ex trunco germina sine foliis emittit, quibus ficus adherent, & hæc Cypria est ficus. I. Sycomorus seu ficus Aegyptia, Cast. Lugd. Rauuolf. Sycomorus in Aegypto, Cord. in Diosc. Sycomorus, Lac. Lon. Dod. gal. & fol. Lob. Alp. Tab. Sycomorus veterum, Ficus Pharonis vulgo in Syria, Morus Aegyptia Theophrasti, Gef. hor. Sycamine Theophrasti, Cæs. II. Sycomorus seu Ficus Cypria, Sycomorus in Cypro, Cord. in Diosc. Ficus Cypria, Rauuolf. & ex eo Lugd. In hanc classem referas Ficum Indicum Theophrasti, de qua ex Clusio Lugd. & Taber. & Mangle Oviedi videtur. Sic & ficus Nigritarum, foliis ficus, fructu duorum pedum, semine fabæ magnitudine, figura renis: apud Thevetum, ex quo Lugd. historia sumpsit. III. Pseudo-sycomorus, seu Zizyphus candida. Sycomorus Italicorum male, Cord. in Diosc. Azadaracht Avicennæ, Sycomorus falso Monachis. Siliqua Bellonio, Sebastum seu Mixus alba quibusdam, aliis Laurus Græca Plinii, Gef. hor. Zizypha candida Monspeliensium Lob. (cui & arbor Paradysi Lusitanis) Lugd. Azedarach, Dod. Azadarac, Arbor sancta Monspeliensibus, Lorus alba Pelicerio, Clus. hisp. Pseudo-sycomorus Tab. Cast. cui & ficus Aegyptia falsa, Pistacia sylvestris: Tuber Cæsalpino.

30

Συκ.

FICI.

CAP. CXLV.

Fici maturæ recentes stomachum ledunt, alvum solvunt, sed facile contracta ab eis fluxio sistitur: sudorem evocant papulasq; sitim sedant, calorem restinguunt. Siccis natura excalfaciendi, & vires alunt, sed sitim magis stimulant, alvo utiles: rheumatismis ventris, & stomachi contraria: gutturi autem, arteriis, renibus, vesicæ & iis, quos longa valetudo decoloravit, anhelatoribus, hydropicis, comitialibus aptissimæ: fervefactæ cum hyssopo, & potæ thoracem purgant: tussi veteri, diuturnisq; pulmonum vitiis conveniunt: alvum molliunt tussæ cum nitro, & cnico, dein manducata. Decoctum arteriæ, & tonsillarum inflammationibus gargarizatu prodest: cum hordacea farina cataplasmatibus miscetur, & in muliebres foras cum scenogræco, & ptisana. Caterum cum ruta coctæ, torminibus infunduntur: coctæ, illitæque duritias discutunt: parotidas, & furunculos emolliunt: panos ad maturationem perducunt, maxime nitro, iri, aut calce addita. Crudæ, si cum antedictis tundantur, eadem efficiunt: cum malicorio, pterygia purgant: cum atramento sutorio, deploratis fere tibiæ fluxionibus, & cacoëthicis ulceribus medentur: quin & cum vino decoctæ addito absinthio, & hordeacea farina, utilissimè hydropicis illinuntur. Crematæ cum cerato sanant perniones, pruriginis, sonitusq; si crudæ terantur, & sinapi, liquoreq; aliquo exceptæ auribus instillantur. Tam sylvestris, quam sativæ fici lacteus succus coaguli modo lac contrahit, concretumq; dissolvit, ut acetum: exulcerat corpora, meatus aperit: solvit alvum, vulvæm recludit cum detrita d' nuce Græca potus: menstrua ciet cum luteo ovi appositus, aut Tyrrhenica cera: podagricorum cataplasmatibus cum farina scenigræci, & aceto utilis: lepras, lichenas, vitiliginis, vitia cutis in facie, pforas, ulcera in capite manantia, cum polenta expurgat: instillatus plage percussis à scorpione, venenatorum ictibus, & rabiosi canis moribus auxiliatur: prodest denti doli lana exceptus, & cavis eorum additus verrucarum informicationes tollit cum adipe, circumlita in ambitu carne. Hoc idè præstat succus è teneris ramis sylvestris fici, qui lacte prægnantes, silente adhuc oculo, tussim exprimuntur, & siccat in umbra reponitur. Et lac, & succus imponuntur exulceratoriis medicamentis. Decocti cum bubulis carnibus ramuli ficulnei, faciem asserunt decoctionem. Lac efficiunt, quod magis solvat, si inter coquendum ficulneo furculo, spathæ loco, moveatur. Grossi, quæ erinei nonnullis vocantur, coctæ illitæ, strumas, nodosque omnes emolliunt. Crudæ & formicas, verrucas, & thymos, nitro, farinaq; additis, tollunt. Folia eadem possunt. Illita cum sale, & aceto ulcera in capite manantia, epinyctidas, & furfures sanant: iis ficosæ extrusionibus, & palpebrarum scabritie perfricantur. Nigræ ficus, foliis cauliculisq; candidæ vitiliginis perunguntur: faciunt ad canum morsus, & ulcera, quæ ceria, id est favos, vocant. Grossi cum sylvestris paveris foliis ossa extrahunt, furunculos cum cera discutunt: contra muris aranei morsus, & scolopendræ venena, cum ervo & vino illitæ, auxiliantur. Fit ex cinere ficus tam sylvestris, quam sativæ lixivium crematis ramorum cauliculis, quod subinde macerari opus est, & inveterascere: siquidem inter caustica intelligitur. Gangrænis prodest, namq; expurgat, & consumit, quæ excrescunt, eoq; licutendum est: spongia assidue hoc lixivio imbuta superponitur. Interdum dysentericis, & in fluxiones vetustas, h & sinus cuniculati exedentes, magnosq; instillari conveniet. Etenim purgat, conglutinat, carne replet, & oras committit, non secus atq; emplastra, quæ cruentis vulneribus injiciuntur, enema vocant. Bibitur ad discutendum sanguinem concretum, & contra præcipitationes, rupta, convulsa, cum cyatho aquæ recentior colatum, addito olei exiguo: cæliacis, dysentericis, per se cyathus datus prodest: nervorū vitiis, convulsionibus, comode illinitur ex oleo, utpote quoddam sudores moveat: adversus gypsi potū, & phalangiorum morsus bibitur. Hæc eadem præstant reliqua lixivia, præsertim quæ omnia tamen adstringunt.

U 3

Ficus

a Meum

τρεφίμα.

i. nutritur.

b Meum

& Cat. n.

ἐστὶ τὰς ὁ-

μῆς λὺ-

σας μί-

γνυται. i.

admisce-

tur & hor-

deacea

farina.

c Meum

ἰπὸς. i. li-

quor.

d Meum

μὲν ἄμυ-

γδαλ. i.

cumi a-

mygda-

lo. sed Ca-

tac. cum

ἀμύγδαλ. i.

cum a-

mylo.

e Meum

μυγδαλ.

as. i. for-

micas, tū-

tum ha-

bet.

f Meum

συκοδὲν ἢ

τὰ τρυχία

τῶν ἐλα-

φάρον. i.

ficosæ, &

asperæ

palpebræ

Cat. n. τὰ

βραχύν. i.

breves.

g Addit

Cat. cum

μύλη. i.

cū melle.

h Meum

κόλλιν

ὑποκρίαν

ἢ μύγδα-

λιν, ἢ ὑπο-

cunicu-

losos &

magnos.

I. FICUS.

II. CHAMÆFICUS.



III. FICUS INDICA.

FICUS INDICÆ FRU-
ctus.

Ficorum
conside-
ratio, &
hystor.

Ficum
varia ge-
nera.

Indicæ fi-
cus hist.
ex Theo-
phraſto.

mis turbinates, & varios: siquidem alii pyri faciem representant, alii sessiles sunt, alii vero inter hos medii. Differunt etiā colore: quippe quodam alba, alia nigra, alia purpurea, alia virides, alia subrusa, alia pallida, & alia variegato colore spectentur. Molli præterea sunt pulpa, granis minutis referta, quæ esui maximè placent. Habentur in hortis, vineis & viridariis, in Italia & Hispania copiosa. Eæ præ cæteris laudantur, quæ matura rimosa cute visuntur, & quæ pulpa pinguedine, dulcedine, atq; sapore cæteras antecellunt. Maturescunt Autumno, Augusto, & Septembri: sed Græci æstate perficiuntur. Decerpuntur matura, & in sole siccantur cratibus, non solum ad ciborum, sed etiam medicamentorum usum: sicca in cadis ligneis asservantur. Atqui longè à nostratibus distant Indica Ficus, de quibus Theophrastus lib. 4. cap. 5. de historia plantarum

Ficus arbor caudice plurimum est brevi, contortoq;: sub-
albicante libro, lacteoq; succo madente, gustu adstring-
gente, acri amaroq;: ita ut exulcerare possit. Materies illi
alba & fungosa, ut in vite, renax tamen, & ad senta pa-
randa peridonea. Radicibus nititur multis, sed summa rel-
lure vagantibus, quo fit, ut algore, & frigoris sit impati-
ens. Folia fico sunt aspersa, ampla, firma, vitiginea, rotun-
dis ac robustis pediculis nitentia. Fructus edit, nullis appa-
rentibus floribus, à foliorum exortu, extremis tantum ra-
60

- plantarum ita scriptum reliquit: Indica autem regio arborem ficum vocatam sortitur, quae ramis radices dimittit singulis annis, ut primo volumine retulimus. Dimittitur autem non ex novellis, sed ex anniculis, atque etiam vetustioribus. illae se terra conjungentes, cum septem circum arborem faciunt, ita ut veluti tabernaculum condatur, quo etiam morari homines solent. Radices autem nascentes evidentissime à ramis discernuntur: sunt enim albiores, hirtae, tortuosaeque, binag, fronde foliata. Item arbor comam supernam lascivam gerit, totaque formicato ambitu pulchre orbiculatur. & magnitudine vehementer excelsit, quippe umbram bino stadio facere fertur, & crassitudine candidis plerisque, ultra quam sexaginta graduum orbem colligere, magna vero ex parte quadraginta. Folium pelta non minus habet, fructum admodum parvum, magnitudine ciceris, ficu similem, quamobrem Graeci ficum eam arborem appellabant. Parvum mirum in modum fructificat, non tantum pro magnitudinis desiderio, verum etiam omnibus rebus. Nascenti arbori haec circa Aesivam annem:
- 10 hac Theophrastus. Atque eadem ferè à Strabone lib. 15. sua Geographiae, & à Plinio lib. 12. ca. 5. de Indica Ficu scripta reperio, sub qua, ut idem scribit Plinius lib. 7. c. 2. turma conduntur equitum. Caterum ea longè ab hac differre videtur, quam nos, quod ex Indiis occidentibus allata sit, Indicam ficum vocamus: siquidem haec nec caudice, nec ramis, nec foliis, nec fructu genuinam Indicam ficum refert, de qua scripsere Theophr. Strabo, ac etiam Plinius. Hanc Indi suo idiomate **TUNE** vocant. Ego vero eandem plantam esse censerem Opuntiam Plinio appellatam, quod circa Opuntiam proveniat, ut Theophrastus inquit his verbis: Huic Indica Fico simile, vel potius quodammodo mirabilius, si quid ex foliis radices dimittat, qualem circa Opuntiam herbam esse quandam enarrant, cui datum est, ut mandi suavitatem possit. Nam ut nobis manifestò constet, abscisso ab hac planta uno tantum folio, humi, ad medium usque, sepulto, prognatu è seradicibus paulò post folia supernè ex ipso prodeunt, adeò ut hac serie foliis è foliis prodeuntibus, in arboris speciem hac planta assurgat, sine caudice, sine ramis, germinibusque, ut ex appicta hic imagine quispiam cernere potest. Adeò ut inter naturae miracula hac planta
- 20 merito recenseri possit. Folia ei crassissima sunt, ita ut quandoque, pollicis crassitudinem excedant, è quibus albae, tenues, longa, acutaeque prominent spinae, etsi sine spinis nonnulla visa sint. Parit hac planta illis in regionibus foliorum summitatibus fructus ficibus nostratibus similes, sed crassiores, & qui anteriore parte in corona speciem desinant, colore ex viridi purpurascente Interior pulpa perinde est ac in nostratibus, verum adeò succosa rubicundaque, ut sanguineo succo, mororum modo manus inficiat. De viribus & qualitatibus, quid veri, certique afferam, sanè non habeo: referunt tamen, qui Orientales Indias sunt pervagati, eorum esu & urinam sanguineam reddi: id quod multis non exiguum terrorem incussit, qui horum vires ignorarunt, non sine Medicorum & consociorum risu. Peregrina in Europa est arbor, & in Italia à multis in hortis colitur. Unicum tantum folium cum fructu mihi dono dedit Angelus Crottus Brixianus, cujus hic imaginem appingi curavi, quod è Provincia secum attulerat Viennam. Audio quoque, in quibusdam Italia locis haberi hanc plantam, quae ficus proferat, quod tamen haecenus mihi in Bohemia agentis, videre non licuit. Habui quidem ego, dum Goritia agebam, hanc
- 30 plantam, hominum magnitudine, sed nunquam edidit fructum. Caterum ut ad nostrates ficus revertar, & ut praeter id, quod à Dioscoride proditum est, earum omnibus facultas innotescat, & temperamentum: quin & ut omnes cognoscant, quod praebeant alimentum, quamque utilitatem ac noxam inferre possint, ea paucis edisseram, quae ex Galeno deprompsi, qui in primis lib. 2. de alim. fac. sic scriptum reliquit: Ficus tametsi minus pravi succi gignant, quam ceteri omnes non modo sugaces, sed etiam autumnales fructus, non tamen id vitium prorsus effugere potuerunt. Caterum hac ipsis insunt bona, nempe quod comestibiles sint, & facile in totum corpus pervadant, penetrantque: nam & abstergendi vi pollent haud obscura: cujus gratia post ipsarum usum nephritici multas arenulas excernunt. Cum porò omnes autumnales fructus exiguum corpori alimentum praebeant, minimè omnium ficibus id usu venit. Carnem tamen non compactam, neque firmam generant, cum panis & salla caro, sed turgidulam, & subinanem, veluti faba. Quin ventrem flatibus impleunt & ipsa, & non mediocrem hinc profecto molestiam intulissent, nisi etiam celerem descensum essent adeptae, cujus beneficio, cum celeriter pervadant, status quem excitant, non diu manet, atque ob id minus ceteris autumnt fructibus ladere consueverunt. Caterum
- 40 inatura ficus immaturas non mediocriter antecellunt, quod & in aliis quidem omnibus cernitur fructibus: quanquam non tantum in illis discrimen existit. Siquidem ad plenum matura ficus paulò minus omni prorsus noxa vacat. Et sequenti capite, ubi utrarum facultates recenset, sic inquit: ricius, & ura quemadmodum inter fructus autumnales principatam obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimumque pravi succi habent, praesertim cum exactam maturitatem fuerint adeptae. Porò quod ipsa nutrant, maximo argumento sunt illi, qui vinearum fructum custodiunt: siquidem hi cum duos menses, solis uvis ac ficibus, quorum custodia praesunt, vescantur (nisi forte panis quidpiam cum illis edant) obesi tamen ac pingues fiunt. At caro quae ex ipsis gignitur, haudquaquam est firma, ac densa, quemadmodum ea, quae ex carnibus fit, sed laxa est, ac praeumida: ob id celeriter etiam, cum vescentibus defierint, contrahitur ac confidet. Idem etiam de Ficibus sicis differens loco prius citato, ita scribit: Carica multiplice quidem habent utilitatem, si quis tamen largius esitaverit, ab eis offendetur: non admodum enim probum sanguinem gignunt, quapropter pediculorum quoque, agmen eas comitatur. Incidendi extenuandique vim habent, quia & ventrem ad excretionem irritant, & renes expurgant. Jecori autem, lienique inflammatione obfusus sunt voxie, quomodo & ficus, non peculiari quadam eximia facultate, sed communi ratione dulcium omnium ciborum, ac potuum. Obstructis autem illis, aut scirrhotentatis, ipse ex se nihil profuit nec obsunt: sed medicamentis incidentibus, ac extenuantibus, & abstergentibus mista, non mediocriter auxiliantur. Ideoque nonnulli medicorum in dictis lienis ac hepatis affectibus exhibent ipsas longè ante cibum cum thymo, aut pipere, aut zingibere, aut pulegio aut satureia, aut calamintaba, aut origano, aut hyssopo. Ad eundem etiam modum, si carica cum alio quopiam eorum, quae facultatem habent acrem, aut omnino incidendi aut extenuandi, assumantur, non solum sic affectus, sed sanis quoque, utiles erunt. Siquidem jecoris meatus, per quos fertur alimentum, apertos esse non egrotantibus modò, sed bene valentibus etiam tutissimum est. Proinde hoc pacto ficus cum sale extenuante, aceto, & garo preparatae vulgò comedunt, quod id utile esse experientia didicerint. Verisimile autem est ipsorum nonnullos medicos cujusdam consilio adductos, ficus hoc modo primò comedisse, deinde eam notitiam ad vulgus dimanasse. Qui vero cum cibo aliquo incrassante ficus, & caricas edunt, non mediocriter offenduntur item lib. 8. de simp. med. facult. idem Galenus ita scribit. Ficus arida vim habent excalfaciendi ordine primo etiam completo, aut secundo incipiente: habent vero etiam partium tenuitatem quandam. Ex istis duobus idoneae sunt, quae tumores duos concoquunt, statim vero etiam ea discutunt: atque ipsa per se illis ejusmodi vim obtinent. Sed & decoctum earum ejusdem utique naturae est. Verum ubi magis concoquere consilium est, miscenda est farina triticea: ubi vero plus discutere, hordeacea: panis horum in medio est. Sed hac magis sunt propria tractatus de medic. comp. & rationis curandi, verum in praesentia hac de caricis novisse sufficiat. Porò scire oportet, quod quae pinguius sunt magis possunt concoquere: quae vero gustu acriores, magis tum extergere, tum discutere. Caterum quod ex illis plurimum in aqua coctum efficitur, simile est meli, non solum consistentia, sed & facultate. Porò ficus virides comesa, propter admixtam humiditatem,

Indica ficus altera, & ejus historia. Tune. Opuntia.

Ficum facult. ex Galen.

Caricaru usus.

Ficus ar-
bor & e-
jus vires.

facultatis sunt imbecillioris: subducunt tamen alvum utraq, tum humidum sicca. Ficus arbor calida tenuiūq, par-
tium temperata est, ceu indicant tum liquor ejus, tum foliorum succus, valenter enim eorum uterq, calidus est. Itaq, non
mordicat tantum, aut abstergit vehementer, sed & ulcerat, & ora vasorum reserat, & formicas, myrmecias vocant,
ejicit: quin etiam purgare potest. Porro ficus agrestis, quam erincum Græce (Latine caprificum) nominant, tum liquor, tum
succus ad omnia quàm sativa valentior est. Sed & crassa, hoc est, rami earum adeo sunt calida, tenuiūq, partium tem-

Carica-
rum vires
Matth.

peramento, ut carnes bubulas duras, si coquendis adjiciantur, friabiles ac teneras efficiant: hac de ficibus Galenus. Caterum
nobis experimento compertum est, caricas duas aut tres, nocte una in aqua vitæ maceratas asthmaticos juvare, qui manē
eas devoraverint. Democritus pracoces ficus fieri pollicetur, si oleo, & columbaceo fimo arbor illinatur. Et contra serotinas,
si prima grossi, cum saba magnitudinem excesserit, detrahantur. Ficum arborem item atq, laurum, è cælo fulminibus non
ici compertum est. Ficus arbores, ut perquam pumila habeantur, & in vasculis super fenestris spectentur à viatoribus, ita
docuere mangones: abscondito Fici surculum verno tempore, paulo ante germinationem, prominente jam corculo, & sub-
inde contorto manibus cacumine, in quo vis vase terra referto surculum ipsum serito cacumine inverso, circa quem hordei
miliūq, nonnihil inspergito, & terra deinde obruito, demissa extra tellurem resecta parte. Fit enim hoc mangonio, ut inde
ramuli enascantur parvuli, qui circum vas sese fundentes, brevi admodum tempore ficus optimos edant, pumila perpetuo
manente arbore. Ficulneo lacte vermiculosa sanantur aures: & ficulneis foliis facile affrictu citantur hemorrhoides. Pa-
ni quoq, probe maturantur, illius caricis decoctis, additis liliis, aut Iridis, aut Altheæ radicibus. Fici fructus zōna Græci,
beantur.

Nomina.

Latinus Fici, & Ficus appellantur: Arabibus, Sin, Fin, seu Tin: Italis, Fichi: Germanis, Zeigen: Hispanis, Figos: Gallis,
Figuier. Bohemis, Fyk Stepei: & Ficus Indica, Italis, Fico d India.

I. Ficus multa cognomina Plinius affert, vel à figura, vel à gente, vel autore derivata: verum variant &
forma & colore tunice, quæ nigra, subrubra, ex viridi candicans, vel flava est. Fructus immaturus, 20
Grossus siccus ioxæis, naxenq, caricæ: grana ficaria, naxenq, vocant, frumenta Plin. Floris vestigium tan-
tum in summo, qua etiam in internam cavitatem foramen patet. II. Chamaeficus, sive humilis ficus Lob.
Chamaefyce arbor. Lugd. Ficus pumila, Dod. III. Ficus Indica spinosa: Carduus Indicus & Euphorbium
Jo. Leonis, Clus. in Cord. ad Dod. hist. Gallic. Ficus Indica, quam aliqui ridiculè Opuntiam vocant, Ges.
hor. Ficus Indica quibusdā Pala Plinii, Lac. Tune, Lon. Lug. Ficus Indica, Dod. gal. & fol. Lob. Cast. qui
ab Oponte loco natali Opuntiam dici scribit. In Insulis Peruvianis & Hispaniolæ alias sponte provenit.
Indorū Tunefciferæ, Advers. Ficus Indica Theop. Cæs. Ficus Indica spinosa, Tab. Anapallus Bellonii: O-
puntia vulgo, Camerario. Huc referenda est illa, quam Indorū ferruminatricem Adversaria & Opuntiam
osteocollon, quod artuum fracturis & luxationibus mirè prodest, Lug. hist. vocat, quæ foliis similibus, sed
fructu superiore minore, ex auctore historiæ generalis Indiæ refert. IV. Ficus maritima, planta est in 30

IV. FICUS MARITIMA.



maritimis proveniens, quæ ex radice cōpacta unum
alterumve emittit foliū subrotundū, pallidè virescēs,
ex quo (ut in Ficu Indica fit) alia supernè prodeūt, a-
ded ut hac serie foliis è foliis prodeuntibus quasi ra-
mosa fiat. In foliorum summitatibus prodit flos par-
vus oblongus, modo unus, modo duo, colore rufes-
cente. Hanc, ob similitudinem quam cum Ficu Indica
habet, in hanc classem retulimus, Ficumq; maritimā
nominavimus, quam Neapoli ab ingeniosissimo &
doctissimo pharmacopæo Imperato Ferrando no-
mine Sertulariæ accepimus: quibusdā tamen & O-
puntia marina dicitur, de qua plenius in historia no-
stra universali, cum figura à nemine quidem hætenus
proposita, fideliter eam exprimat, ut eam doctissimus
D. Joh. Rudolphus Saltzmannus Argentinenfis Me-
dicinæ candidatus, nostri amantissimus, unā cum aliis
plurimis pro nova nostra historia, animi causa (cū
hoc studio ut & omnium Medicinæ partium, maxi-
mè delectetur) depinxit. 40

Περσεα.

PERSEA

CAP. CXLVI.

Persea
arboris
confider.
& histor.

PERSEA arbor est in Ægypto, fructum ferens cibo idoneum, stomacho utilem, in quo phalangia crano-
colapta nomine inveniuntur, præsertim in Thebaide. Arida folia in farinam redacta, illitu sanguinis
eruptiones sistunt. Arborem hanc prodiderunt aliqui in Perside exitiosam esse, translataque in Ægy-
ptum, mutata natura in cibos receptam.

Quemadmodum superius in malorum commentatione prodidimus, Persea arbor Ægyptia non est (ut putat Marcel-
lus Virgilius Florentinus) nostras Italicæ malus persica, sed planta plurimum disidens ab ea, ut & Dioscoridus, & Ga-
leni testimonio facile probari potest: quandoquidem ii utramq, sed alteram ab altera diversam, diversis capitibus tradi-
derunt. Hæc (ut lib. 4. de plant. hist. c. 2. scribit Theoph.) arbor est Ægypti, aspectu magna formosaq, folio flore, ramo, totaq,
figura potissimum pyro vicina: nisi quod altera folio perpetuo, altera deciduo est. Fructum abunde parit, omniq, tempore 60
perficit: quippe novus anniculū semper occupat. Maturitas anniversariorū afflatu conficitur: reliquum crudiorē auferunt,
atq, recondunt. Est magnitudine pyri, figura oblongus: amygdala modo, colore herbidus. Nucē intus habet, ut prunū, verum
lōgè minorē molliorēq, caro ejus suavis, ac prædulcis mādatur, cōcoctūq, facilis, & innocua, etiā largiore cibo sumpta. Radi-
ce arbor exuperat, tū longitudine, tū etiā crassitudine, multitudineq. Materie cōstat robusta, dura, visuq, decora, veluti lo-
tus: quapropter ex ea & simulachra, & lectulos, & mensas, & reliqua similia factū ē. Ex his igitur Theoph. verbis, si Persea
notæ, ac delineationes cū nostra persica malo diligenter cōferantur, liquido patere arbitror, has plantas inter se diversas esse.
Hujus imaginem suis coloribus ornatā dono mihi dedit Tridenti Odoardus Polonus Medicus, & rei plantariæ studiosissimus,
qui Syriā & Ægyptū peragravit. De Persea verba faciens Gal. lib. 2. de alim. facult. hæc memoria cōmendavit: Hanc etiam
plantā vidi in Alexandria, quæ & ipsa magnis arboribus est annumeranda. Tradunt autem fructū hujus apud Persas aded
noxium

Persea
mentio
ex Gal.



30 noxium esse. ut edentes interimat: in Aegyptum verò translatus, in esculentum mitescere, & pyrorum malorumq. modo, cum quibus & magnitudine convenit, esitari. Eadem recensuit Gal. lib. 2. de comp. med. secundum locos, ubi de cephalaa curatione agens, sic inquit: In sola Alexandria Persea arborem vidi, at non in alia Romanus subdita gente. Quidam persea ipsam appellant, ajuntq. in Persis lethalem ejus arboris fructum esse, cum tamen in Aegyptiorum regione innocuus existat: haec Galen. Ex cuius etiam verbis palam esse crediderim, perseam a persica malo prorsus dissidere, cum in tota fere Europa persica malus frequentissima proveniat. Quin & ex his facile dixerim, Columellam errasse, quod existimaverit, persica ea esse poma, quae à Persis ad Aegyptios allata Persea dicuntur, ut libro cultui horum dicato his versibus testatur: *Persea* *mentio* *ex Gal.*

IBERIS.

Tunc praeox bisera descendit ab arbore ficus, Armeniisq. & cereolis, prunisq. Damasci Stripantur calathi, & pomis quae Barbara Persis Misera (ut fama est) patriis armata venenis. At nunc expositi parvo discrimine lethi Ambrosios praebent succos, oblita nocendi.

Arbor, quae Iberia Graecis, Latinis similiter Persea nominatur: Italis Perseo Graeca vocum imitatione dicitur.

Persea duas proposuimus figuras, cum diversas arbitremur. I. Matthioli ex quo Lonicerus & Lugd. sumpsere: & II. Clusii quae historia Hispanica habetur, quam Perseam Plinii & Plut. cenfer, quem secutus Lob. & Lugd. historia. Arbor est Pyro similis perpetuo virens, ramis ex viridi pallescentibus, inq. latum diffusis: folia Lauri latifoliae supernè virentia, subrus cinerei coloris, firma, nervis per obliquum discurrentibus, masticata cum adstrictione linguam mordicantia: flos racematim compactus, pallidus, ex sex foliolis compositus: cui succedit fructus Pruno similis, auctus pyri modo oblongus, niger, jucundo sapore: nucleum cordis effigie continens, gustu castaneae aut Amygdalae. Vere florere, autumno maturum fructum ferre in regni Valentini Jesuitarum monasterio, ubi unica arbor ex America eo delata, monet Carolus Clusius in suae historiae Hispanicae lib. 1. cap. 2. Author herbarii Lugdunensis suae figurae fructum adpinxit eum, quem supra pro Cucio phera exhibuimus: qualem fructum & nuper Danus quidam nobis ostendit.

Iberidis caput non habet antiquus manuscriptor codex, nec alia, quae vidi exempl.



IBERIS.

CAP. CXLVII.

† Iberis, sive cardamantica, folia habet nasturtii, vere virentiora: caulem cubitalem, aut minorem: in incultis nascitur. Aestate lacteum florem promit, quo tempore efficacior est. Radices duas nasturtio similes

similes habent calfacientes, & adurentes. Ipsæ enim ischiadicis cum salsa axungia emplastri modo utiles, quaternis horis alligatæ, ut dein in balneas descendatur, & postea oleo cum lana locus perungatur.

Iberidis
confide-
ratio, &
hisor.

Iberis, &
Lepidii
idem.

Vidimus primum Iberidem, quam nobis indicaverat Julius Alexandrinus medicus Tridentinus, qui nunc ob præclaras sui ingenii & doctrinæ dotes, apud Sereniss. Ferdinandum Regem Roman. artem medicam exercet, extra civitatem Tridenti, ubi vulgò dicitur alle Lasse, effigie nimirum, qua describitur à Dioscoride, ac aliis pluribus Græcis auctoribus. Hujus Galenus in simp. censu nusquā separatim meminit, sed hanc, & Lepidium non nisi nomine differre prodidit. Quod etiam idem testatus est lib. 10. de comp. med. secundum locos circa finem, de coxendicum curatione agens, ubi ex Damocrate sic inquit: Damocratis extat libellus, qui Clinicus inscribitur, in quo versibus Jambicis, quemadmodum solet, de tribus differit medicamentis: ac primo quidem de eo differit, quod ex herba constat, quam ipse Iberidem appellat, quod ad coxendicum dolores commendavit. In Iberide Medicum quendam amicum suum curatum fuisse ait herba, quam (ut dixi) ipse Damocrates Iberidem vocat, ut qui tantum visu herbam cognoverit, nomen autem ejus nullum audierit, cum etiam id ipsum ignoraverit is, à quo ejus usum didicerat. Porro ex notis, quibus eam representat, videtur Iberidem appellare, quæ à Græcis lepidium nominatur, appellatione ducta à regione, in quā amicus ejus curatus fuit. Describit autem ipsius formam in carminibus:

Herba hæc ubiq; multaq; frequens nascitur,
Monumenta juxta antiqua, muros, & veteres,
Tritasq; quondam publice pedibus vias.
Quas juxta aratrum duxit haud quis agricola.
Semper virefcens, foliis nasturtii
Florentibus vere, attamen majoribus.
Caulum cubitalis longitudinis gerit
Paulo minorem, aut rursus ampliorem: ab hoc
Aestate pendent folia, donec multa hyems
Sarmentitiam deducat hæc ad imaginem, &
Dejecta, & exiccata depereant gelu.
Adnata radici tamen cernes alia.
Aestate florem fert colore lacteo,
Multam tenuem, variumq; valde, cauliculu.
Ad quem sequitur semen penitus sic exiguum,
Visum ferè ut fallens, oculos quoq; effugiat.
Odorem habet radix at inde acerrimum,
Verò similem quàm maximè nasturtio.

Iberidis
caput ad-
dictum.

Mon-
chorum
lapis.

Iberis al-
tera Pau-
lo.

Barbari
& Ruellii
lapis.

Nomina.

Huc illud etiam accedit, quod Galenus item loco citato, Hygieni Hipparchi auctoritate, Iberidem, & Lepidium idem esse testatur his verbis: Si coxendicum dolores levare est animus, herbam Iberidem, quam aliqui Lepidium vocant, aut nasturtium sylvestre colligito. Ex cujus certè sententia asserere non dubitaverim, Iberidem apud Græcos eandem esse cum Lepidio. Unde perspicuum est, hoc Iberidis caput hujusce primi voluminis calci accrevisse nimia vel librariorum, vel medicorum curiositate. In quam sententiam cum antedictis causis, ea ratio me potissimum deducit, quod constet, hujus primi voluminis calcem, non esse legitimum locum, in quo Iberidis historia fuerit collocanda: quandoquidem ejusmodi herbas Dioscorides lib. 7. ordinatè disposuit, ac de eis disseruit, ubi privatim Lepidio, quod Damocratis Iberidem existimamus, propriam assignavit sedem. Idcirco rectè Paulus Aegineta Lepidium Iberida etiam appellari scribit, & ex tertio excelsi acientium ordine esse, ac nasturtio viribus proximum. Et lib. 3. in ischiadis curatione: In totum, inquit, ischiadicos resitui sanitati Iberidis herba usus, quam lepidium quoq; appellant. Quare aperte hallucinari deprehenduntur monachi illi venerandi, qui in Mesuem commentarios scripserunt, cum expresse contra Galeni & Pauli Auctoritatem, & contrarationes, quas superius adduximus, aliud à Lepidio Iberidem esse contendunt. Quos amen excusatos habeo, utpote qui fortasse majus studium rebus divinis impenderint, quàm ut certam simpl. med. cognitionem assequi potuerint. Dixi de Iberide sententiam meam non hic solum, sed etiam diffusius in Epistolis nostris Medicinalibus, ad Bartolomeum Marantham scribens, quam qui impugnare volunt, nostris imprimis respondeant argumentis, & deinde suas exordiantur opiniones, si quas habent meliores. Caterum non ignorandum est, Paulum præter Iberidem, de qua nunc agimus, alterius etiam meminisse ab illa longè diversa, ejusq; item usum ad ischiadas commendasse. Quod ejus verba demonstrant, quæ eodem loco ita sonant: Quæ verò apud nos Iberis fruticosa nascitur similibus lauri foliis, & multo amplioribus, respondere multa experimenta testantur, non solum in coxarum, sed in aliis quoq; diuturnis affectibus. Huic planè adstipulatur Lepidium, quod Plinio lib. 19. cap. 8. his paucis describitur: Exit lepidium in cubitali altitudine: foliis laurinis. Quibus sanè notis satis apparet, hoc secundum Iberidis genus, vel lepidii dicamus, quod lauri folia mittit, eam esse stirpem, quæ hodie passim in hortis frequens nascitur, à quibusdam Piperitis, ob vehementem ejus acrimoniam dicta. Itaq; manifestè aberrarunt viri alioqui clarissimi Barbarus, & Ruellius, cum lepidium illud esse putaverint, quod vulgus herbariorum Raphanum rusticum appellant. Veruntamen folia, quæ huic raphano insunt, verbasco majora, & helenio aequalia, manifestè declarant, his legitimum non innotuisse lepidium, nisi forsitan lepidium Raphani nomine acceperint. Planta, quæ hujus, nasturtii, & hujusmodi Græcis dicitur, nomen Latinum est Iberis, & Lepidium: Arabicum, Seit aragi, Aseitaragi, seu Scitharegi, & Hausab: Italicum, Iberide, & Lepidio: Germanicum, Wilderkreß: Hispanicum, Nasturtio montesino: Gallicum, Chasse rage, Passerage sauvage, & Nasitort sauvage: Bohemis, Streunik.
† Quod caput hoc de Iberide accreverit in Dioscoride, eiq; adscriptum sit, illud maximè corroborat rationes in commentario allatas, quod repertisint vetustissimi Græci codices, in quibus hoc caput non legebatur.

Iberidis icon diversa est apud Matthiolum, alia enim ipsius est inter figuras minores, huic similis: alia verò habetur inter majores figuras folio Nasturtii, quam libro secundo capite de Lepidio invenies.

LIBRI PRIMI FINIS.

PETRI